

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

743. An simoniacum sit resignare, vel conferre alteri beneficium ab  
remunerationem servitorum præstitorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

**R**espondeo; ad hanc questionem absolute negativè respondere videatur Pirh, ad tit. de renum. n. 91. in fin. dum ait: si resignans expensas fecisset in bonum ipsius beneficii, seu Ecclesiae, v. g. beneficium vel Eccleiam suis sumptibus recuperavit ab hereticis, vel pretio redemit, tunc sine simonia, & justè posset expensas illas repeteret; quia sub-intelligendum videtur pacificando de dicta impensarum resumptione in resignatione; cum proponat ibi questionem, an renuntiatio beneficii cum pacto solvendi expensas sit simonia.

2. Ad eandem questionem respondere videntur sub distinctione Felin. conf. 11. n. 6. & cum eo Paris. l. 14. q. 7. n. 46. dum resignare, ut Resignatarius solvar expensas factas in certis massaritis Ecclesiae, simoniam volunt, si resignans impensas illas fecit ex bonis Ecclesiae; secus, si eas fecit ex bonis propriis, intelligunt patrimonialibus. Massarita liquidem, vel massaritum dicitur instrumentum massa rusticum, vel etiam ipse mansus hac suppellectile instrutus. Mansus vero, sive mansa mansum, vel etiam massa, mansum significat certum agrorum seu praediorum, ac possessionum collectionem vel portionem, in qua etiam coloni aedes sunt. Vel etiam mansum significat Curiam, & sic mansus Ecclesiae dicitur ea agri portio, qua ipsi beneficio in dotem assignari solebat, vel presbytero Ecclesiae derivantem cum aliquot mancipiis. Ut hæc omnia videre est in glossario Caroli du Fresne. Traditurque Paris. ibidem n. 47. ex eodem Felin. loc. cit. n. 6. Innoc. & Abb. in c. ult. de pecul. clericor. Archidiac. in c. 1. 12. q. 4. & quos citat; quod, dum sumus in dubio, num factæ expensa ex bonis Ecclesiae, an vero ex bonis propriis, præsumendum factas ex bonis Ecclesiae, & consequenter non posse eas repeti; cum, ut habet idem Paris. n. 48. citatis Covar. n. 7. in c. 1. de testibus. & ibid. Abb. & DD. alii. Innoc. Jo. And. gl. in c. cum in officiis. tit. eod. Barbat. c. 69. col. ante penult. l. 3. &c. omnia bona Pralatorum & Clericorum post acceptam dignitatem, & beneficia præsumantur esse de bonis Ecclesiae, & de bonis Ecclesiae, cui præficiabantur, acquisita, nisi contrarium probetur; ac ideo, ut Paris. n. 49. citato Felin. in c. ex literis. n. 3. de constit. Bertach. de Episc. p. 4. q. 3. Ecclesia habeat fundatum intentionem super omnibus bonis à Prelato defuncto possefisis.

3. Verumtamen huic doctrina, quod ad posterius illud, nimisrum, quod absque simonia hoc modo fieri possit resignatione, dum expensa facta ex bonis propriis, contradicit, seu contrarium sentit Gamb. in c. 1. n. 127. de rer. permis. in 6. citatus a Parisio. n. 46. quæ tentativa Gambari non videtur catere fundamento; sed quod, etiam si alias successor in beneficio reueatur solvere prædecessori, aut ejus hereditibus impensas ab eo factas ex bonis patrimonialibus in conservandis, vel meliorandis prædiis beneficii, ea tamen adhuc non videatur esse obligatio seu conditio talis, quæ jure ineft, seu annexa est illi beneficio, adeoque talis, quæ licite possit in pactum deduci in resignatione illius, qualis est obligatio illa, v. g. certam summam expendiendi in sacra testa Ecclesiae servanda, quoties beneficium tale conferunt alteri, ubi Fundator in ejus fundatione sic statuisset, quæ proinde tanquam conditio à Resignario servanda deduci potest in pactum. Quamvis obligatio dicta, si quæ est, solvendi expensas illas factas in conservandis, vel meliorandis beneficii bonis vicinius contingat ipsum beneficium, utpote quod per expensas illas reddi-

tur fructuosus Resignatario, quæ obligatio solvendi expensas, quas Resignans fecit in consecratione illius, utpote ex quibus nihil commodi habet Resignatarius; & vel hinc minus subiecta simonia videbi posse talis resignatione quæ illa, quæ quis eæ lege resignaret beneficium, ut Resignatarius solvat resignanti, quæ aliunde jam contraxerat apud eum debita.

**Questio 742.** An simoniacum resignare eæ lege, ut Resignatarius reparat Ecclesiam, in qua situm beneficium, vel certam summam in illam reparationem conferat, admisitret ibidem Sacra menta &c.

**R**espondeo: Si hæc & similia onera jam antecedenter sunt imposita beneficio, seu cuicunque possessori illius (pura à fundatore, vel etiam Episcopo seu Ordinario, vel ex legitima conventione, v. g. Capitularium, vel per legitimam præscriptamque confuetudinem) non fore simoniam, sub hac expressa conditione resignare; exprimunt quidem, seu expressè in pactum deduci ea possunt in collatione, præsentatione, resignatione beneficii, quæ ei jure annexa sunt, ut Paris. l. 14. q. 7. n. 23. Azor. cit. c. 27. q. 6. cum Nav. in man. c. 23. n. 100. & commun. Secus, dum ita modi onera de jure antecedenter imposita non sunt. Paris. ibid. jund. n. 24. citans Redoan. de Simon. p. 2. c. 11. in fine. Azor. loc. cit. q. 8. Et sic jam simoniacum erit, resignare eæ lege, ut Resignatarius, ubi beneficium resignatum obtinuit, pendat certam summam distribuendam inter Capitulares, nisi excusat legitima præscripta & non reprobata consuetudo.

**Questio 743.** An simoniacum sit resignare in favorem alicuius (idem est de conferre ob recompensam, seu remunerationem servitorum præstitorum?)

**R**espondeo: Paris. vit. q. 7. n. 36. citatis Abb. Anan. Felin. in c. cum effent. de Simon. Innoc. in c. sua. de etat. & qualitate simoniam, si adit pactum & conditio; secus, si non adit pactum aut conditio. Verum conformius ad damnatam ab Innoc. undecimo haec propositionem, quæ effit ordine 45. dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam premium, sed dantur tanquam motivum conferendi, vel efficienti spirituali: vel etiam quando temporale sit solidum gratuity compensatio pro spirituali, aut contraria.

2. Respondendum est etiam independenter ab eo, quod id antecedenter in pactum deductum fuerit, esse simoniam, dum quis obsequia, quæ compensare debet mercede temporali, compensare vellet collato (idem est, resignato in eum) beneficio ecclesiastico; cum talis compensatio sit virtualiter venditio, & commutatio beneficii pro obsequio temporali, & datio beneficii pro obsequio temporali, & datio beneficii propter munus ab obsequio tanquam propter finem principalem. Cardenas. in Crisi Theolog. super 65. propos. damnat. Ab Innoc. XI. disser. 27. n. 111. Ubi etiam ait, aliud & nullum vestigium simonia esse, si Dominus adquato pretio compensavit obsequia famuli, is tamen occasione famulatus invenerit gratiam apud Dominum, ita ut hic inclinetur ad gratis omnino contendendum (vel quod idem est, resignandum) famulo beneficium.

Ques.